Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8479
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

magnus: postulantes ut crucifigeretur. Et in
ualescebant uoces eorum. Et pylatus adiudica
uit fieri petitionem eorum. Dimisit autem
illis eum qui ꝓter homicidium et seditionem
missus fuerat in carcerem quem petebant: ie
sum uero tradidit uoluntati eorum. Et cum du
cerent eum: apprehendunt symonem quendã
cyrenensem uenientem de uilla: et imposuerũt
illi crucem portare post ihm. Sequebatur autẽ
illum multa turba populi et mulierum que
plangebant et lamentabãt eum. Conuersus au
tem ad illas: ihs dixit. Filie ierlm: nolite fle
re sup me: sed sup uos ipsas flete et sup filios
uros: quia ecce dies uenient in quibus dicent.
Beate sterriles et uentres que non genuerũt,
et ubera que non lactauerunt. Tunc incipiẽt
dicere montibus cadite sup nos et collibus opte
nos: quia si in uiridi ligno hec faciunt in ari
do quid fiet. Ducebantur autem et alii duo
nequam cum eo: ut interficerẽtur. Et postq̃
uenerunt in locum qui uocatur caluarie ibi
crucifixerunt eum: et latrones unum a dextis
et alterum a sinistris. Ihs autem dicebat. Pa
ter dimitte illis: non enim sciunt quid faciũt.
Diuidentes autem uestimenta eius: miserũt
sortes. Et stabat populus expectans. Et deride